

## XVIII

est in cubili suo. mentiatur iniquitas sibi. Nos autem non cognoscimus iudicem aut auctorem. Non diabolus sed dominus iudicabit orbem terre. ipse deus noster in seculum et in seculum seculi. ipse reget nos in secula. Ergo in celo conceptus dolor et in paradiso pepit iniquitatem. plenus malicie. mater mortis et eternarum. omniumque prima pars superbia. Nam et si invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. in initium tamen omnis peccati superbia. Verum quid illi profuerit? Abilomin? tu in nobis domine et nomen tuum invocatum est super nos. Et dicit populus acquisitionis. dicit ecclesia redemptorum. Olem effusum nomen tuum. Tu etiam qui cum iras fueris. misericordie recordaberis. Accepit tamen sathan regnum super omnes filios superbie. factus princeps tenebrarum harum. ut regno humilitatis etiam superbia militet. dum in imo suo principatu temporali et tali multos humiles excelsos eternorum reges constituit. Hoc autem iudicium ut superbus ille humilium malleator. eisdem ipsis nesciens fabri et coronas perpetuas impugnando omnes et omnibus succubedo. Siquidem ubique et ipse iudicabit dominus populos: et saluos faciet filios pauperum. et humiliabit calumniatores. Ubiq; semper defenfabit suos. ppulfabit nocentes. et tollet virga peccatores desuper forte iustorum. ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Erigat tamen cum ex toto arcum pteret. et fringat arma. et scuta cobu ret igni. Tu tibi miser sedem collocas in aquilone. plaga nebulosa et frigida. et ecce suscitantur de pulvere inopes et de stercore pauperes. ut sedeant cum principibus et solium glorie teneant. doleatque implere illud. Pauper et inops laudabit nomen tuum. Gratias tibi prophanorum et iudei pupilloz. incaluit super nos mons coagulatus. mons pinguis. celi distillauerunt a facie dei synai. effusus est oleum. dilatatum est nomen quod nobis et cui nos inuidebat iniquus. Dilatatum inquam. vultus ad corda et ora puulorum. et in ore infantium et lactentium proficit laus. Porro peccatores videbit et irascet. et erit sicut ira implacabilis. sicut flamma inextinguibilis. que iam parata est ei et angelis eius. Zelus domini exercituum faciet hoc. Quomodo me amas deus meus amor meus. quomodo me amas. ubique recordas mei. ubique zelus salutaris egeni et pauperis. non solum aduersum boies superbos. sed etiam

aduersus sublimes angelos. In celo et in terra iudicas domine nocentes me: expugnans impugnantes me. Ubiq; subuenis. ubique assistis. ubique a dextris es mihi domine. ne commouear. Nec carabo domino in vita mea: psallam deo meo quod diu sum. De virtute eius haec mirabilia eius que fecit. Hoc primum et maximum iudicium. quod mihi illa prescia secretorum aperuit ego maria. Deposuit iniquitates potentes de sede et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Secundum autem sile est huic. quod iam audistis. ut qui non videt videat. et qui vident ceci fiant. In his duobus iudiciis proleat se pauper et dicat. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum. Sed reuertamur ad nos ipsos. scriuemurque vias nostras. et ut in veritate id possim? inuocemus spiritum veritatis. et reuocemus ab alto quod nos eduxerunt. quatenus antecedat nos etiam ad nos. quoniam sine ipso possim? nihil. Nec verendum quod dedignetur descendere nobis. quod potest si vel exiguum quid abique ipso conamur indignatur. Non est enim ille vadens et non rediens. sed ducit nos et reducit de claritate in claritatem tamen domini spiritus. quoniam rapies ad se in la mine suo. quoniam preperans et illuminans tenebras nostras. ut siue supra nos. siue apud nos. semper in luce. ipse ut filii lucis ambulemus. Trasmurim? allegoriarum umbras. verum tamen est ad indaganda moralia. Edificata est fides. instruat vita. exercitatur est intellectus. dicitur ac? Siquidem intellectus bonus omnibus faciendus est. si tamen et ac? et intelligentia dirigantur in laudem et gloriam domini nostri Iesu christi qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

Sermo. xviii.

**O**lem effusum nomen tuum. Quid certum demonstret spiritus sanctus nobis in nobis occasione huius capituli? Profecto quod interim occurrit gemine cuiusdam sue operationis experimentum. Unus quidem qua nos primo intus spiritibus solidat ad salutem. alterius quo qua foris quoque muneribus ornat ad lucrum. Illas nobis: hec nostris accipimus. verbi gratia. fides. spes. charitas. nobis propter nos datur. Abique his quippe salui esse non possumus. Porro scientie et sapientie primo. gratia curatio. propterbia. similiaque